

Celebre semper habemus, quādo nō amplius incedimus
in fermēto veteri, nec in fermento nequitiae, & malitiae,
sed in azymis synceritatis, & veritatis. Pascha nostrū chri-
stus, quale Pascha fuit apud Iudeos, talis erat & sanctificatio
Iudeorū legitimis quibusdā externis cōstas: & qua-
le nostrū est Pascha, talis est & nostra sanctificatio Christi-
stus i e s v s. Corinth. 15. Christus factus est nobis fa-
cientia, iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

[Q V A E R E B A N T ergo Iesum, & colloquebātur adin-
uicē in tēplo states.] Abominabilis, & hiatu terrē digna
est hēc Pharisēorū sanctificatio, comitata volūtate impia,
mēte sacrilega, crūēto animo, & manib⁹ sanguinolētis.
En̄ vera pontificū hypocrisis, & simulata Pharisēorū re-
ligio, qua nihil irreligiosus, dū magna superstitione ca-
uent, ne quid prætererant quod à Moyse præscriptu erat,
sive quod à Pharisēis erat additū: interim tamē in sanctis
fimo die nō abhorret ab eo, quod omnit impiissimū est,
nimirū ab occidēto i e s v, & effundēdo sanguine homi-
nis innoxij. Q V A E R E B A N T, ex industria, & animo de-
liberato iuxta cōcilij cōclusionē: e t colloquebātur, præ
odio, & inuidia aduersus Christū. Poteſt hic locus refer-
ri ad eos, qui ex diuersis Palestinae partibus ascēderāt Ie-
rosolymā, & Iesu Christi erāt studiosissimi: & hi quare-
bant animo videndi, & audiēdi Christum, & doctrinam
eius: & colloquebantur, præ studio, & amore Christi.

[Q V I D putatis quia no venit ad die festū?] Demirā-
tes q̄ nō adeſlet Christus, q̄ solitus erat huiusmodi festis
interesse, & in tēplo prædicare, colloquebātur adinuicē,
q̄ V I D putatis, quid vobis videtur, q̄ preter morē i e s v s
tātē ſolennitati nō adtī? Non erat defuturus, vt res ipsa
manifestauit, ſed diſtulit vſq; ad hora a Patre præfinitā.

[D E D E R A N T autē Pōtifices, & Pharisēi, mādatū, vt
ſi quis cognouerit vbi ſit, indicet, vt apprehēderent eū.] Pontifices.

Decreto, atq; placito cōcilij Pōtifices, id eſt, Sacerdotū
principes, & Pharisēi, propria iustitia turgidi, cū autho-
ritate mādauerāt (quod eſt ſignū animorū dominādi libi-
dine æſtuatiū) vt quicūq; reſciret vbi lateret i s s v s, pro-
deret eū, quo ipſi eū caperēt. Suspiciabātur enim Pōtifices,
& Pharisēi, i e s v m alicubi latere metu. Iſti ſunt ri-
tus sancti, & pij ſcilicet, quibus Pōtifices, & Pharisēi reli-